Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



& uxores filiorum eius in archam. ipsi & omne animal se
cundum genus suum universa quæ reptilia in genere suo. & omne
quod movetur super terram in genere suo. secundum quæ volatile
secundum genus suum. Porro archa ferebatur super aquas. & aq
prevaluerunt super terram nimis. opti quæ sunt omnes montes
excelsi sub universo celo. Quindecim cubitis altior fuit aq
super montes quos operuerat. Consumpta quæ est omnis caro. q
movebatur super terram. volucrum. animantium. bestiarum. om
nium quæ reptilium que reptant super terram. Remansit autem
solus noe & qui cum eo erant in archa. Obtinuerunt
quæque terram centum quinquaginta diebus. Recordatus autem
dominus dominus noe. cunctorum quæ animantium & omnium iumentorum
que erant cum eo in archa. adduxit spiritum super terram. & se
minuere fecit aque. & clausi sunt fontes abysmi. & cataracte
de celo. & prohibite sunt pluvie de celo. reversæque sunt aque de
terra euntes et redeuntes. Cumque transissent quadragin
ta dies. aperiens noe fenestram arche. quam fecerat dimi
sit corvum. Qui egrediebatur. & non regrediebatur donec sic
carentur aque super terram. Emisit quoque columba post eum. ut
videret si iam cessassent aque super terram. Que cum non in
venisset ubi requiesceret pes eius. reversa est ad eum in
archam. Aque enim erant super universam terram. Extendit
quoque manum. & apprehensam intulit in archam. Expectatis
autem ultra septem diebus alis. rursum dimisit columbam
ex archa. At illa venit ad eum ad vespam. portans ramum
olive. virentibus foliis in ore suo. Intellexit igitur noe. quod ces
sassent aque super terram. Locutus quoque est dominus ad noe dicens.
Egredere de archa tu & uxor tua. filii tui & uxores filiorum